

Heinrich Schuckmann

**Programma Quo Decanus Heinricus Schuckman ... Ad Disputationem  
Inauguralem ... Dn. Johannis Schapern/ Sonnenburgensis Marchiaci ... Die 28.  
Iunii ... habendam Magnificam Dn. Rectorem ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746830408>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (143.)

1. Schlevogt, de poenitentia.
2. Schlevogt, de fore gestae administrationis.
3. Schlevogt, de testamento parentum inter liberos.
4. Schlevogt, de naturali hominum inter se amore.
5. Schlevogt, de utili rei pecunia dotali comparatae vindicatione.
6. Schlevogt, de alienatione domino prohibita.
7. Schlevogt, de expensis deq. eamque <sup>dem</sup> exceptionibus.
8. Wildvoagel, de furtis in iudicium.
9. Schlevogt de ingenuis germanorum.
10. Schlevogt de crimine abortus.
11. Schlevogt de dominio revocabili.
12. Schlevogt de citatibus requisitis et efficacis.
13. Schubart, transmissio hereditatis.
14. Schubart, de administratione rerum ad civitates pertinentium.
15. Schubart, de statu liberorum dubio et illegitimo.
16. Schubart de emenda Saxonica injuste incarcerationato praestanda.
17. Schuermann de foederibus.
18. Schuermann de fructibus.
19. Schuermann, de crimine laesae majestatis divinae et humanae.
20. Schuermann, de transactionibus.
21. Schuermann, de publicis judiciis.

22. Schuermann, De interprete.
23. Schütten De collisione obligationum.
24. Viethen ad institut. Justin.
25. Sixolt cognomine Schütz, de lucrat. coad. simpliciter.
26. Schulz, de jure hominum tutelarium.
27. S<sup>h</sup>uster, de adjecto.
28. Schütten, de competentia judicis.
29. Schwartz, de obligatione proprietas bonae fidei ad rem  
dominam restituendam.
30. Schwartz, de jure hominum nasciturorum.
31. Schwartz, crimen laesae majestatis.
32. Schwartz, De feloniam Vasalli ex causa adulteri et stupri.
33. Muscius, de testamentis.
34. Berlich, de electione.
35. Brunst, quod Ambrosius Theodosium A. S. Cetera excludens,  
majestatis, aut aliud grave crimen non commiserit. disput. prior.
36. Brunst — — — — — disput. posterioris.
37. Brännemann, de codicillis, indultis connubialis mili-  
tum sive quae Jura d<sup>ni</sup>.
38. Braun, de protectorio imperii, quae Caius Aug. Vult. h<sup>u</sup>at<sup>u</sup>.
39. Brenneyen, de praestatione coitionis in cessione  
nomi nis.
40. Brinckmann, de notario eorumq. officio.
41. Brückner, de jure fortium.
42. Brückner, de rationibus administratorum.

PROGRAMMA

1802

Quo

DECANUS

HEINRICUS Schuckman/

J. U. Doct. & Profess.

Suo & JURIDICÆ FACULTATIS nomine

Ad Disputationem Inauguralem

PRÆSTANTISS: AC DOCTISSIMI

DN. JOHANNIS Schaperni Sonnen-

burgensis Marchiaci

J. U. Candidati

Die 28. Junij in Auditorio Majori volente Deo

habendam.

Magnificum DN. RECTOREM,

Excellentissimos DNN. PROFESSORES,

omniumq; Facultatum ac Ordinum Cives Aca-

demicos, Literatos item ac Literatorum Fauto-

res peramanter invitat.

§(o)§



ROSTOCHII.

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLIX.



Um de Cæsare & censu eidem pendendo,  
interrogarent quondam Christum Phari-  
sæi per emissarios suos; Ipse, cognitâ ho-  
rum malitiâ & detectâ mente ad tentan-  
dum compositâ hypocriticâ; de utrâq;  
Majestate temporali ac æternâ, divinâ & humanâ con-  
junctim respondet: *Date inquit, qua sunt Cæsaris, Cæsa-  
ri, & qua sunt Dei, Deo.* Ita Servator noster utriq; Maje-  
stati quicquid debetur, tribuendum censuit, & hoc ipso  
simul neutram lædi, neutram honore suo spoliari vo-  
luit. Ipsam quidem si spectes substantiam Dei spiritua-  
lem, infinitam, immutabilem; tantum abest, ut illa læ-  
sioni ulli sit obnoxia, ut vim insuper potestatemq; ha-  
beat, vel momento perdendi & in nihilum redigendi  
omnia: Veruntamen, cum Nomen divinum humano  
generi patefactum tremendam invisibilis Numinis  
Majestatem exhibeat; inde efficitur, ut ubicunq; illud  
prophanationi, blasphemii, oppugnationi subjectum  
expositumq; fuerit, ibi lædi inter creaturas ipsa Dei  
Majestas dicatur. Et quamquam fieri nullo modo pot-  
est, ut hominum perversitate vel diminuatur, ne di-  
câ extinguatur superna omnipotentis gloria: est enim  
Nomen Dei nostri in semetipso uti sanctissimum, sic  
gloriosissimum, omnisq; mutationis, augmenti da-  
mnivè expers; sive sint, qui laudes illi dicunt, sive qui  
contumeliâ idem afficiunt: atq; hi sanè, modò veri-  
tati attendere velint, sibi ipsis quam maximè, non Deo  
se nocere intelligent; licentia tamen offendendi Deum  
hoc communiter operatur, ut is, qui summo in hono-

re

re ab omnibus haberi debebat, parvi paulatim fiat,  
deq; folio suo, quod in mente hominis pro ineffabili  
ejusdem bono, ipse perpetuò figi fixumq; servari de-  
siderat, nefariè non rarò turbetur, relictis post se non  
nisi maledictione omnigenâ & exitio præsentissimo;  
Cujus criminis tanta tamq; detestanda atrocitas est,  
ut majus detestabiliusq; aliud concipi nequeat. Ec-  
quid enim uspiam in universâ rerum naturâ tam ma-  
gnum ac sublime invenies, quo cum Deum Opt. Max.  
conferas; quippe qui ipsis cœlis cœlorum altior, emi-  
nentior potentior est, nec ab ullo eorum contineri  
comprehendiq; potest: & hujus tamen Majestatem  
miser ille & ærumnosus homo (proh pudendum fa-  
cinus!) nequiter læderetoties audeat; Et stupendum  
profectò est, humanas mentes in eam posse proflire  
malitiam, ut venerandam, ipsisq; æthereis spiritibus  
submissè adorandam Majestatem, vili in terris pende-  
re, & æternum Numen, quod sacratissimum apud o-  
mnes esse oportebat, rem quasi prophanam ducere,  
haud erubescant: non attento eo, quod omne creatu-  
rarum robur, si cum Dei manibus comparetur, mera  
sit imbecillitas, & Deus, cum lacertos habeat undi-  
quaq; robustissimos, eosq; ad summum cœli cacumen  
& inferni usq; novissima pertingentes, si cui mortali-  
um ipse ex justo Judicio adversatur, omne humanum  
consilium omnisq; conatus reipsâ non majoris æsti-  
manda veniant, quam araneorum telæ. Et si quidem in-  
dignatio mundanorum Regum, eò quod longiores  
horum sunt, quam plebeiorum manus, formidabilis  
alicui



alicui, & tantum non intolerabilis videtur; quid, quæ-  
so, non horresceret mens humana iram Regis Regum  
ejusq; vindictam totis cordis recessibus non exime-  
sceret? Sed quotusquisq; est, qui tali meditatione, ut  
ut ista omnia verè ità sese habere certus sit, multum  
afficiatur. Plurimi ex adverso, quod dolendum est, ho-  
diè vivunt, quibus indignatio summi Judicis non ma-  
gis cordi est, quam imbellis alicujus muscæ strepitus;  
adeò vilescit in mundo suprema Majestas, ut multo-  
rum animos ne hæc quidem cogitatio subeat, quàm  
extremæ iniquitatis sit, in eum, qui tot bonis animam  
corpusq; nostrum cumulavit, imò in ipsum vitæ auto-  
rem, conservatorem, restauratorem unicum, pro debi-  
tâ gratitudine, injuriam effundere. Id ipsum autem,  
quam variis modis ubiq; fiat, explicatu facile non est;  
præsertim cum omne delictum cogitationibus, dictis  
factisvè commissum, nihil aliud sit, quam summi Nu-  
minis læsio. Et huc cum primis referendæ veniunt op-  
pressiones innocentium, maximè eorum, qui sanctâ fi-  
de Deo adhærescunt: his enim quicquid adversi inten-  
tatur, ipse DEUS perindè ac si sibi intentatum esset,  
reputari voluit; non minori certè jure, quàm quo Ma-  
jestas humana, ubi proxima & potiora Imperij mem-  
bra violantur, se ipsam lædi censet, & in id criminis nõ  
secus, ac si in ipsius viscera commissum esset, se-  
verè animadvertit. Sed hæc & horum similia, quan-  
tumvis vindictam humanam plerumq; effugiunt, divi-  
næ tamen ultioni, eiq; multò, quam hominum est, gra-  
viori, obnoxia esse non desinunt. Interea verò singu-  
lari providentiæ Dei acceptum meritò terendum est,  
quod

quod politicis etiam sanctionibus & pœnis per eas statutis, hominum impietas, quoad grandiora quædam Majestatem divinam lædentiâ crimina, ita coercetur, ne omnis planè reverentia supremi Numinis animis mortalium excutiat, & sic universus orbis in atheismum & divini Nominis blasphemiam (quæ ipsius Sathanæ intentio & enixa est voluntas) pariter conspirare incipiat. Ad hoc vero averruncandum plurimum momenti affertur, cum post Deum Opt. Max. temporali quoq; Majestati vices invisibilis Judicis in mundo gerenti, suus asseritur honor. Est enim princeps, ut Plato ait, simulacrum quoddam & imago Dei administrantis cuncta. Hâc stante integrâ & inviolatâ, benè est universo corpori Reipublicæ. Duo autem potissimum media sunt, quibus autoritas Majestatis terrenæ facta recta servatur: alterum in ipso principe, alterum in sancitis, pro ejusdem incolumitate, legibus positum est. Ad principem quod spectat, is sub Dei patrocínio à multis multorum injurijs securum tutumq; se præstabit, ubi facilem apud se vel binis virtutibus palmam concesserit, pietati utpote & temperatæ cum clementiâ severitati. Pietatis est, Deum universæ carnis Iudicem in cunctis actionibus velut exemplar sequi: à quo exemplari plurimum abhorrent (verba sunt Platonis) qui ita rem gerunt, ut quicquid malorum in Reipublicâ cooritur, id ipsorum vitio cooriat; unde consequens est, quotquot tales fuerint, eos & suam, & totius imperij eminentiam suapte culpâ deperdere. Sicut enim paxillus (liceat nobis similitudine hâc uti cum S. Augustino) nisi


benè fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne,  
quod ex eo pendet, citò dimoveretur, & ipse solutus, à  
rigore suæ firmitatis, cum oneribus ad terram dilabi-  
tur; Sic & princeps, nisi suo Conditori pertinaciter ad-  
hæserit, & ipse & omnis qui ei consentit (manant enim  
in vulgus exempla Regentū) citò deperit. Causas ve-  
rò, ob quas pietati tanta vis in imperio tribuenda sit,  
plures hic adferre opus non est. Sufficiat utilem illam,  
(dicente Apostolo) esse ad omnia, veramq; ac stabilem  
autoritatem omnem non nisi à Deo pendere, atq; his  
ex gratiâ obtingere, qui & ipsi Deum reverentur, & pi-  
etatis amantes fovunt: quomodo memorabilis & im-  
periali fastigio dignissima vox est Friderici Imperato-  
ris: Is interrogatus quondam, quinam sibi charissimi  
essent? *Qui, inquit, me non magis, quam ipsum Deum ti-  
ment:* Sensit quippe laudatissimus princeps, tam sibi  
quam subditis timendum præ omnibus esse, ut fas est,  
Dominum dominantium. Pietatem porro excipiat,  
oportet moderata cum severitate benignitas & men-  
tis æquitas, quâ animi subditorum, quamlibet male-  
volorum, ita sæpe vincuntur, & conciliantur, ut Maje-  
statem quam vel antè oderunt, non possint non aman-  
do metuere, & metuendo amare. Benè Agasicles cui-  
dam ab eo sciscitanti, quo pacto aliquis tutò imperare  
queat, nullo stipatus satellitio? respondit: Si sic impe-  
ret suis, quemadmodum pater imperat liberis: pater  
enim, quoniam filiis potius consulit quam sibi, diligi-  
tur ab iis, sic ut autoritatem sequatur reverentia. Et ita  
Rex nullos habet corporis sui custodes tutiores quam  
Cives,

Cives, erga quos paternum gerit affectum. Verum, enim verò, cum improborum hominum tanta sæpè sit nequitia, ut Majestati temporali famam, honorem, addimus, & vitam, (quod truculentum parricidium est) eripere non vereantur, tenendum hic omninò & identidem inculcandum est, non modò supremum Numen omnis ordinationis suæ temeratorum ac violatorum acerrimum quovis tempore fuisse & imposterum futurum esse vindicem; sed & Leges Civiles audaciam ac temeritatem protervè agentium, rebellium, severè compescere, & gravissimas in reos criminis læsæ Majestatis pœnas decernere. Ita communi bono, salutis ac tranquillitati, ab ipsâ nostrâ Jurisprudentiâ optimè prospectum est. Salvâ enim & illæsâ manente utrâq; Majestate Divinâ & humanâ, salva consistunt omnia. Quod probè cum intelligeret præstantissimus ac Doctissimus Vir Juvenis DN. JOHANNES Schaper/Sonnenburgensis Marchiacus J. U. Candidatus, Materiam hanc *de Crimine læsæ Majestatis Divinae pariter ac humane*, dignam judicavit quam pro habenda Disputatione Inaugurali in publicum proferret. Postquam etenim fundamenta studij Juridici primum in Universitate Witebergensi, in quâ annum & semestre spacium substitit, nò infeliciter jecisset, & rectè ibidem cœpta post in Francofurtensi, quæ ad Oderam est Academiâ ulterius per tres ferè annos eâ qua par est diligentia continuasset; (ubi etiam præter Collegia in Codicem cum primis & Jus feudale sub præsidijis Amplissimorum & Consultiss. Juris Doctorum & Professorum


forum Dnn. BRUNNEMANNI & GROSII privatim  
habita, binas Disputationes, de *Jure personarum* & de  
*Jure Dotium* pro virili defendit) placuit eidem in hac  
nostrâ Universitate, ad quam superiori anno se contu-  
lit, summos ab Amplissimâ Jurisprudentiâ honores de-  
center expetere; His ergò quod dignum ipsum censea-  
mus, fecerunt non tantum specimina erudita, quæ pu-  
blicè hoc in loco, opponentis partes aliquoties susti-  
nendo, intelligentibus non sine applausu probavit, sed  
& imprimis examen Facultatis nostræ privatû, in quo  
talem se præbuit, ut habeamus quod laudè conjunctæ  
solidiori cû eruditione singularis modestiæ nō imme-  
rito ei deferamus, & parenti ipsius, Viro spectatæ fidei  
ac integritatis DN. PAULO Schapern Archivario  
Dicafterij Sonnenburgensis, quod est ordinis Jo-  
hannitani, de optimo hoc & ad altiora subinde per Dei  
gratiam aspiraturo Filio gratulemur. Ut verò & Vobis  
Magnifice Dn. R E C T O R, pl Reverendi, Consultissimi  
Experientissimi, Clarissimi Domini Professores, Do-  
ctores, Verbi Divini Ministri, Artiû liberaliû Magistri,  
Nobilissima itidem studiosæ Juventutis Corona, Alijque  
literati & literatorum Fautores, de Eruditione ac Mo-  
destia Dn. *Candidati nostri* plenius constet, Ipse ad  
diem 28. Junij (Hic enim Disputationi ejus Inaugura-  
li destinatus est) in Auditorio Majori se sistet, deq; No-  
bilissima, quam diximus materia horis ante & pomeri-  
dianis publicè cum DEo respondebit. Eidem proinde,  
ut honorificâ præsentia benevolentiam vestram testa-  
ri dignemini, est, quod nostro, & ipsius nomine officio-  
sè rogamus. P. P. Rostochij die 17. Junij Anno 1649.

43. *Principes de jurisdictione communi*









corporales s. jura, quarum possessio in usu & exer-  
sistit, L. f. ff. de Servit. L. 6. §. 1. ff. Si servit. vi-  
bique vulgatum illud obtinet, quod tantum  
præscriptum, quantum possessum, id quod in spe-  
risdictionem applicat Köppen. P. 1. Dec. 48. n. 19  
autem in longi temporis usucapione rerum cor-  
titulus verus requiritur, ita in rebus incorporal-  
lus præsumtus sufficit, qui ex præsumta ejus, quæ  
scientiâ inducitur, præsumta sc. concessio, Stru-  
43. 16. 15. Qui tamen titulus præsumtus non r-  
si de justo, vero & ad transferendam Jurisdicti-  
biti titulo constat, qui adest, si plures à non Do-  
Jurisdictione investiti sunt de prædio pro indivi-  
meist. d. l. L. 1. c. 23. n. 21. Per quantum verò  
spatium hæc Quasi-Possessio continuata esse deli-  
item non est. Multi requirunt tempus immu-  
quam opinionem *receptiorem* & majoris interpre-  
tis esse ex Longoyall. refert Paurmeist. d. l. n.  
tamen ipse n. 27. recedit. Alii in præscriptio-  
*parem* aut *inferiorem* longum tempus sufficien-  
tra *Superiorem* longissimum requiri tempus p-  
Gebhard. de Jurisd. c. 3. n. 50. seqq. Alii distin-  
Jurisdictionem cum territorio præscribere ve-  
eo, & priori casu longum tempus sufficere, post-  
gissimum requiri putant, quæ sententia præ re-  
bus consona videtur, vid. Zoel. ad ff. de Jurisd.  
B. Brunnem. ad Wesenb. de Jurisd. 2. 19. C  
ad Jurisdictionem communem in specie applica-  
prout & circa ipsam ut b. f. toto tempore præ-  
ad sit requiritur in C. f. X. de Præscript. de cui-

